

test quisquam desiderare gratiam, nisi qui primus agnoverit, se esse damnatum, omnium sceleratissimum flagitiis que obrutum, in Tartarum detrusum. Cur igitur irascuntur, cur indignantur, cur strident dentibus, sanguinemque poscent eorum, qui ad hanc, in omni conversione, necessariam delictorum suorum agnitionem ducere volunt? Quia naturalis ambitio manet in omnibus irregenitis; quia virtutibus freti se infantes putant.

Itaque, ne indignantur homines, ab omnibus exorationibus abstinentendum est. In orationibus nostris communiter mentionem facere debemus de hominum Iapsu, de necessitate poenitentiae, de fide in Christum e. s. p. sed neminem singulariter reprehendere, vel de salute ejus dubitando offendere, ne nimis irascatur. Nam quae e suggestu prædicantur vera quidem esse possunt; sed quia de omnibus dicta sunt, nemo reprehensionem sibi enunciatam, omnes virtutes, pietatem atque fidem de se prædicatas existimabunt.

Et quamquam e logicis patet, omnes veritates, quae non sunt axiomata, e dubitatione oriundas, per dubitationem eliciendas, et a dubitatione ad certitudinem deducendas esse; (sic existentiam Dei demonstratur primo contrarium h. e. non existentiam ponimus, et res, de cuius veritate nullus dubitat, demonstratione non eget.); idem omnes, quorum conversionem descriptam habemus, experientia sua testantur, conversionem e dubitatione inchoatam, tum demum esse absolutam, cum ad certam fiduciam pervenerint; immo definitio fidei a Paulo data omnem de salute dubitationem tollit, cum certitudinem et persuationem dubita-

tionis loco ponit; unde facile colligitur, nullam certam fiduciam esse, ubi nulla fuit dubitatio: tamen omnis de salute dubitatio, quantum fieri potest, evitanda est, ne nimis excitarentur homines e somno, e securitate omnibus periculosa, e lethargia letali, ad severiorem verbi, conditionisque suæ meditationem, ad majorem salutis, quam rerum contingentium desiderium. Neque hoc arroganter dictum velim.

Quis est enim tam stolidus aut stultus, qui non animadvertis, sic Evangelium a plerisque prædicari, ut placeant hominibus, ut grati sint auditoribus, ne nimis offendant populum. Videlicet populares esse debemus non tantum in foro, sed etiam in concionibus. Quis est, qui nesciat opinionem populi, faciliter plerosque eorum, qui strenue boant in templo pariterque glutiunt, quæcunque ex oibus mulgent, nihil facturos nisi mercede conductos. Quot autem Evangelium prædicaturos creditis, si omnia præmia hujus mundi adimerentur illis?

Exspectate paulisper! Ego vobis declarabo. Jam probata est fides hujus ordinis in proximis hisce comitiis, et probabitur ulterius in sequentibus et futuris. Exspectate illa comitia tributa, in quibus omnis libertas populo restituta, omnis potestas regi adest, omnis diversitas ordinum adiquata, et omnis controversia de esse et non esse erit reconciliata; quum cilibet licet impune dicere, quidquid et de quo voluerit: sit decretum populi, cuius hæc sunt verba: "Som ingen kan förstå Bibeln utan förklaring, och den förklaring, som den store Exegeten Strauss deröfver lemnat os, tyckes vara den, som mest öfver 30 monolitiskt äga ejt i mässan i oibua allt"